

# Aurelius Augustinus, *Vyznání*, kniha XI., kap. 11,14-21,23-24,26-28,31.

Latinský text dle edice P. Knöll, *Confessiones*, CSEL 33, Wien 1896.

Český text v překladu M. Levého, Praha 1926.

## CAPUT 11

Qui haec dicunt, nondum te intellegunt, o sapientia dei, lux mentium, nondum intellegunt, quomodo fiant, quae per te atque in te fiunt, et conantur aeterna sapere, sed adhuc in praeteritis et futuris rerum motibus cor eorum volitat et adhuc vanum est.

quis tenebit illud et figet illud, ut paululum stet, et paululum rapiat splendorem semper stantis aeternitatis, et comparet cum temporibus numquam stantibus, et videat esse incomparabilem: et videat longum tempus nisi ex multis praetereuntibus motibus, qui simul extendi non possunt, longum non fieri; non autem praeterire quicquam in aeterno,

sed totum esse praesens; nullum vero tempus totum esse praesens: et videat omne praeteritum propelli ex futuro, et omne futurum ex praeterito consequi, et omne praeteritum ac futurum ab eo, quod semper est praesens, creari et excurrere? quis tenebit cor hominis, ut stet et videat, quomodo stans dictet futura et praeterita tempora nec futura nec praeterita aeternitas? numquid manus mea valet hoc aut manus oris mei per loquellas agit tam grandem rem?

## HLAVA XI.

ČAS NENÍ MĚŘÍTKEM VĚČNOSTI.

Kteří takto mluví, dosud Tebe nepoznali, Moudrosti Boží a Světla myslí. Ještě nepoznali, jak povstává to, co se děje skrze Tebe a v Tobě. Chtějí pochopiti věčné; ale jejich nestálé srdce dosud se zaměstnává proměnou věcí minulých a budoucích a jest plno marností.

Kdo uchopí, upoutá a alespoň poněkud zastaví to srdce, aby pochopilo skvělost nezměnitelné věčnosti, porovnávajíc ji se stále kolotajícím časem, a tak nahlédlo, že srovnání není vůbec možné, aby nahlédlo, že dlouhý čas nemůže býti dlouhým, leda dlouhou řadou prchavých okamžiků; že ve věčnosti nic neplyne,

387

nýbrž ona celá jest stále přítomna, že ale žádný čas není celý přítomný; aby poznalo, že budoucí zapuzuje minulé, že budoucí následuje po minulém, a že vše minulé i budoucí jest vytvořeno a vychází z věčné přítomnosti? Kdo uchopí a zadrží srdce lidské, aby nahlédlo, že nezměnitelná věčnost rozhoduje o budoucím a minulém, nejsouc ani minulé, ani budoucí? Dokáže to má ruka, nebo bude schopna ruka mého jazyka vykonati tak ohromné dílo?

388

## CAPUT 14

Nulla ergo tempore non feceras aliquid, quia ipsum tempus tu feceras. et nulla tempora tibi coaeterna sunt, quia tu permanes; at illa si permanerent, non essent tempora. quid est enim tempus? quis hoc facile breviterque explicaverit? quis hoc ad verbum de illo proferendum vel cogitatione comprehenderit? quid autem familiarius et notius in loquendo commemoramus quam tempus? et intellegimus utique, cum id loquimur, intellegimus etiam, cum alio loquente id audimus.

quid est ergo tempus? si nemo ex me quaerat, scio; si quaerenti explicare velim, nescio: fidenter tamen dico scire me, quod, si nihil praeteriret, non esset praeteritum tempus, et si nihil adveniret, non esset futurum tempus, et si nihil esset, non esset praesens tempus. duo ergo illa tempora, praeteritum et futurum, quomodo sunt, quando et praeteritum iam non est et futurum nondum est? praesens autem si semper esset praesens nec in praeteritum transiret, non iam esset tempus, sed aeternitas. si ergo praesens, ut tempus sit, ideo fit, quia in praeteritum transit, quomodo et hoc esse dicimus, cui causa, ut sit, illa est, quia non erit, ut scilicet non vere dicamus tempus esse, nisi quia tendit non esse.

## HLAVA XIV.

### CO JEST ČAS.

Nebylo tedy času, v němž jsi ničeho nedělal, poněvadž jsi čas sám vytvořil; žádný čas však není Tobě souvěčný, poněvadž jsi nezměnitelný. Kdyby však čas zůstal takovým, již by to nebyl čas. Co jest vlastně čas? Kdo to může snadno a krátce vysvětliti? Kdo jej může pochopiti svými myšlenkami, aby pak vyjádřil slovy? Co však jest v našich rozmluvách běžnější a známější než čas? A mluvíme-li o čase, rozumíme mu; rozumíme, i když jiný o něm mluví.

Co jest tedy čas? Vím to, když se mne naň nikdo netáže; mám-li to však někomu vysvětliti, nevím. Přece však mohu tvrditi zcela určitě: „Nebyl by minulý čas, kdyby nic nemíjelo, nebyl by budoucí, kdyby nic nepřicházelo, nebyl by přítomný, kdyby nic netrvalo.“ Ale jak jsou ony dva časy, minulý a budoucí, když minulý již není a budoucí ještě není? Kdyby však přítomný čas byl stále přítomným a neměnil se v minulý, již by to nebyl čas, nýbrž věčnost. Musí-li se tedy přítomný čas, aby byl časem, proměnit v minulý, jak smíme o něm říci, že jest, když důvod jeho bytí jest v tom, že nebude? Nemůžeme tedy vskutku říci „Čas jest,“ leč když spěje ke svému zániku?

## CAPUT 15

Et tamen dicimus longum tempus et breve tempus, neque hoc nisi de praeterito aut futuro dicimus. praeteritum tempus longum, verbi gratia, vocamus ante centum annos, futurum itidem longum post centum annos, breve futurum post decem dies. sed quo pacto longum est aut breve, quod non est? praeteritum enim iam non est, et futurum nondum est. non itaque dicamus: longum est, sed dicamus de praeterito: longum fuit, et de futuro: longum erit.

domine meus, lux mea, nonne et hic veritas tua deridebit hominem? quod enim longum fuit praeteritum tempus cum iam esset praeteritum, longum fuit, an ante, cum adhuc praesens esset? tunc enim poterat esse longum, quando erat, quod esset longum: praeteritum vero iam non erat; unde nec longum esse poterat, quod omnino non erat. non ergo dicamus: longum fuit praeteritum tempus; neque enim inveniemus, quid fuerit longum, quando, ex quo praeteritum est, non est, sed dicamus: longum fuit illud praesens tempus, quia cum praesens esset, longum erat.

## HLAVA XV.

### CO JEST MĚŘÍTKEM ČASU?

A přece mluvíme o dlouhém a krátkém čase, ovšem jen o minulém a budoucím. Tak na př. nazýváme minulý čas před sto léty dlouhým; rovněž budoucí dlouhým za sto let. Krátký minulý čas jest asi před deseti dny a krátký budoucí asi za deset dní. Ale jak se může nazývati dlouhým nebo krátkým, co vůbec není? Neboť minulý čas již uplynul a budoucí ještě není. Proto neříkejme: „Čas jest dlouhý,“ nýbrž říkejme o minulém: „Byl dlouhý,“ a o budoucím: „Bude dlouhý.“

O Pane Bože můj, Světlo mé! Zdaž i zde se Tvá pravda nevysměje člověku? Kdy vlastně byl dlouhým minulý čas? Byl dlouhým tehdy, když už uplynul, anebo když ještě byl přítomným? Neboť jen tehdy mohl býti dlouhým, když vůbec bylo něco, co mohlo býti dlouhé. Minulý čas však již nebyl; nemohl tedy býti dlouhým, poněvadž vůbec již nebyl. Neměli bychom tedy vlastně říkati: „Minulý čas byl dlouhý,“ poněvadž na něm opravdů ničeho nenalezneme, co by mohlo býti dlouhým. Jakmile totiž uplynul, již ho není. Měli bychom spíše říci: „Onen přítomný čas byl dlouhý,“ neboť jen když byl přítomný, byl dlouhý. Je-

nondum enim praeterierat, ut non esset, et ideo erat, quod longum esse posset; postea vero quam praeteriit, simul et longum esse destitit, quod esse destitit.

Videamus ergo, anima humana, utrum praesens tempus possit esse longum: datum enim tibi est sentire moras atque metiri. quid respondebis mihi? an centum anni praesentes longum tempus est? vide prius, utrum possint praesentes esse centum anni. si enim primus eorum annus agitur, ipse praesens est, nonaginta vero et novem futuri sunt, et ideo nondum sunt: si autem secundus annus agitur, iam unus est praeteritus, alter praesens, ceteri futuri. atque ita mediorum quemlibet centenarii huius numeri annum praesentem posuerimus: ante illum praeteriti erunt, post illum futuri. quocirca centum anni praesentes esse non poterunt. vide saltem, utrum qui agitur mensis, futuri sunt ceteri, si secundus, iam et primus praeteriit et reliqui nondum sunt. ergo nec annus, qui agitur, totus est praesens, et si non totus est praesens, non annus est praesens. duodecim enim menses annus est, quorum quilibet unus mensis, qui agitur, ipse praesens est, ceteri aut praeteriti aut futuri.

ště zajisté neuplynul tak, že vůbec nebyl; proto bylo zde „něco“, co mohlo býti dlouhé. Jakmile však uplynul, přestal býti dlouhým, poněvadž vůbec přestal býti.

Pozorujme nyní, o duše lidská, zda přítomný čas může býti nazván dlouhým! Tobě totiž byla dána schopnost rozeznávati a měřiti trvání času. Co mně odpovíš? Jest sto přítomných let dlouhý čas? Napřed však uvaž, zda vůbec může býti sto let přítomných! Plyne-li první rok ze sta, jen on jest přítomen; ostatních devadesát devět jest v budoucnosti a proto ještě nejsou. Plyne-li druhý rok, jeden již uplynul, druhý jest přítomný, ostatní budoucí. A podobně uvedeme-li kterýkoliv rok ze středu tohoto století jako přítomný, jsou všechny před ním minulé, za ním budoucí. Proto sto let zároveň nemůže býti přítomno. Ale vizme dále, zda alespoň ten jeden rok, který právě trvá, může býti nazván přítomným. Ani to ne. Plyne-li totiž jeho první měsíc, ostatní jsou budoucí. Plyne-li druhý měsíc, první již byl, ostatní ještě nejsou. Ani tedy ten rok, který právě plyne, není celý přítomný; není-li však celý přítomný, nemůže býti nazván rokem přítomným. Rok má totiž dvanáct měsíců; ať nastoupí kterýkoliv měsíc, jen ten jest přítomný, ostatní jsou buď minulé nebo budoucí. Ale

quamquam neque mensis, qui agitur, praesens est, sed unus dies: si primus, futuris ceteris, si novissimus, praeteritis ceteris, si mediorum quilibet, inter praeteritos et futuros.

Ecce praesens tempus, quod solum inveniebamus longum appellandum, vix ad unius diei spatium contractum est. sed discutiamus etiam ipsum, quia nec unus dies totus est praesens. nocturnis enim et diurnis horis omnibus viginti quattuor expletur, quarum prima ceteras futuras habet, novissima praeteritas, aliqua vero interiectarum ante se praeteritas, post se futuras. et ipsa una hora fugitivis particulis agitur: quidquid eius avolavit, praeteritum est, quidquid ei restat, futurum. si quid intellegitur temporis, quod in nullas iam vel minutissimas momentorum partes dividi possit, id solum est, quod praesens dicatur; quod tamen ita raptim a futuro in praeteritum transvolat, ut nulla morula extendatur. nam si extenditur, dividitur in praeteritum et futurum.

Praesens autem nullum habet spatium. ubi est ergo tempus, quod longum dicamus? an futurum? non quidem dicimus: longum est, quia nondum est quod longum sit, sed dicimus:

ani právě plynoucí měsíc není přítomný, nýbrž jen jeden den; je-li to první den, ostatní jsou budoucí; je-li poslední, ostatní jsou minulé; je-li to některý jiný den z prostředku, jest mezi minulými a budoucími,

Tak celý přítomný čas, který dle úvahy jedině může býti nazván dlouhým, obsahuje sotva dobu jednoho dne. Ale uvažujme dále, že ani jediný den není celý přítomný; skládá se totiž ze dvacetičtyř denních a nočních hodin. První hodina má všechny ostatní jako budoucí, poslední jako minulé, každá jiná hodina má některé hodiny před sebou jako minulé, některé za sebou jako budoucí. A opět sama jedna hodina ubíhá v prchavých okamžicích; co z ní uplynulo, jest minulé, co ještě zbývá, budoucí. Přítomným může se tedy nazvati jen ten okamžik času, který již nemůže býti rozdělen v žádné, ani ty nejmenší části. Tento okamžik však spěchá tak rychle z budoucnosti do minulosti, že ani chvilky netrvá; neboť, kdyby trval, nutně by se rozdělil na minulý a budoucí.

Přítomný čas tedy nemá žádného trvání. Kde jest tedy ten čas, který bychom nazvali dlouhým? Snad jest to budoucí čas? Nikoliv, neboť neřekáme: „Jest dlouhý,“ poněvadž dosud nic není, co by mohlo býti dlouhé, nýbrž říkáme:

longum erit. quando igitur erit? si enim et tunc adhuc futurum erit, non erit longum, quia quid sit longum nondum erit: si autem tunc erit longum, cum ex futuro quod nondum est esse iam coeperit et praesens factum erit, ut possit esse quod longum sit, iam superioribus vocibus clamat praesens tempus longum se esse non posse.

## CAPUT 16

Et tamen, domine, sentimus intervalla temporum, et comparamus sibimet, et dicimus alia longiora et alia breviora. metimur etiam, quanto sit longius aut brevius illud tempus quam illud, et respondemus duplum esse hoc vel triplum, illud autem simplum aut tantum hoc esse quantum illud. sed praetereuntia metimur tempora, cum sentiendo metimur; praeterita vero, quae iam non sunt, aut futura, quae nondum sunt, quis metiri potest, nisi forte audebit quid dicere metiri posse quod non est? cum ergo praeterit tempus, sentiri et metiri potest, cum autem praeterierit, quoniam non est, non potest.

„Bude dlouhý.“ Kdy to však bude? Jistě ne pokud jest budoucím, poněvadž ještě ani není to, co má býti dlouhé. Bude-li však potom dlouhý, až z budoucího času, který dosud není, začne býti a stane se přítomným, aby vůbec měl něco, čím by se mohl státi dlouhým, nezapomínejme, že přítomný čas nám dříve jasně prohlásil, že nemůže býti dlouhý.

## HLAVA XVI.

### JAK SE MĚŘÍ ČAS?

A přece, Pane, rozeznáváme časová období a porovnáváme je vespolek, nazývajíce některá delšími, některá kratšími. Měříme také, oč některý čas jest kratší neb delší než jiný, říkájíce: „Jest dvakrát, třikrát delší nebo kratší, nebo jest stejně dlouhý.“ Měříme však jen plynoucí čas úvahou o jeho ubíhání. Kdo může měřiti minulý čas, který již uplynul, nebo budoucí, který ještě nenastal? Jenom ten, kdo tvrdí, že se může měřiti, co není. Čas tedy možno porovnávat i měřiti, pokud plyne; jakmile uplynul, měřiti ho nelze, poněvadž již není.

## CAPUT 17

Quaero, pater, non adfirmo: deus meus, praeside mihi et rege me. quisnam est, qui dicat mihi non esse tria tempora, sicut pueri didicimus puerosque docuimus, praeteritum, praesens et futurum, sed tantum praesens, quoniam illa duo non sunt? an et ipsa sunt, sed ex aliquo procedit occulto, cum ex futuro fit praesens, et in aliquod recedit occultum, cum ex praesenti fit praeteritum? nam ubi ea viderunt qui futura cecinerunt, si nondum sunt? neque enim potest videri id quod non est, et qui narrant praeterita, non utique vera narrant, si animo illa non cernerent: quae si nulla essent, cerni omnino non possent. sunt ergo et futura et praeterita.

## CAPUT 18

Sine me, domine, amplius quaerere, spes mea; non conturbetur intentio mea. si enim sunt futura et praeterita, volo scire, ubi sint.

## HLAVA XVII.

KDE JEST MINULÝ A BUDOUCÍ ČAS.

Hledám jen, Otče, a ničeho netvrdím! Bože můj, bdi nade mnou a veď mne! Kdo se osmělí mně tvrditi, že nejsou tři časy, totiž přítomný, minulý a budoucí, jak jsme se učili jako hoši a jak jsme učili hochy? Kdo bude tvrditi, že jest jen přítomný čas, poněvadž dva ostatní nejsou? Ci snad jsou přece a čas se vynořuje z nějakého úkrytu, stává-li se z budoucího přítomným a opět mizí v nějakém úkrytu, stává-li se z přítomného minulým? Kde však viděli proroci budoucnost, když jí dosud není? Nikdo zajisté nemůže viděti, co není. A kdo vypravuje o minulosti, nevypravoval by dle pravdy, kdyby jí nechoval v mysli. Kdyby však minulý a budoucí čas nebyl, nemohl by se vůbec viděti. Jest tedy přece i budoucí i minulý čas.

## HLAVA XVIII.

JAK MINULÝ A BUDOUCÍ ČAS JEST PŘÍTOMNÝ.

Dovol, Pane, Naděje má, abych ještě dále pátral, a učiň, aby toto mé úsilí nebylo rušeno! Jestliže jest budoucí a minulý čas, chci věděti

quod si nondum valeo, scio tamen, ubicumque sunt, non ibi ea futura esse aut praeterita, sed praesentia. nam si et ibi futura sunt, nondum ibi sunt, si et ibi praeterita sunt, iam non ibi sunt. ubicumque ergo sunt, quaecumque sunt, non sunt nisi praesentia. quamquam praeterita cum vera narrantur, ex memoria proferuntur non res ipsae, quae praeterierunt, sed verba concepta ex imaginibus earum, quae in animo velut vestigia per sensus praetereundo fixerunt. pueritia quippe mea, quae iam non est, in tempore praeterito est, quod iam non est; imaginem vero eius, cum eam recolo et narro, in praesenti tempore intueor, quia est adhuc in memoria mea.

utrum similis sit causa etiam praedicendorum futurorum, ut rerum, quae nondum sunt, iam existentes praesentiantur imagines, confiteor, deus meus, nescio. illud sane scio, nos plerumque praemeditari futuras actiones nostras eamque praemeditationem esse praesentem, actionem autem, quam praemeditamur, nondum esse, quia futura est; quam cum aggressi fuerimus et quod praemeditabamur agere coeperimus, tunc erit illa actio, quia tunc non futura, sed praesens erit.

Quoquo modo se itaque habeat arcana praesensio futurorum, videri nisi quod est non potest.

také, kde jest. Nemohu-li však toho dosud pochopiti, vím přece, že ať jsou kdekoliv, nejsou tam jako budoucí nebo minulé, nýbrž jako přítomné; neboť kdyby tam byly jako budoucí, dosud by tam nebyly; kdyby tam byly jako minulé, již by tam nebyly. Ať jsou tedy kdekoliv a ať jsou čímkoliv, jsou jenom jako přítomné. Ovšem, mluví-li se o minulém dle pravdy, vybavují se z paměti ne věci samy, jež zanikly, nýbrž slova vzniklá z představ věcí; věci totiž postřehnuté smysly vtiskly do duše představy jako své stopy. Tak náleží mé dětství, jež uplynulo, minulosti, která již není; vzpomínám-li však na ně a vypravuji o něm, vidím jeho obraz v přítomnosti, poněvadž dlí dosud v mé paměti.

Zda podobným způsobem lze vysvětliti i předpověď budoucího, totiž tak, že v duši se pociťují představy věcí, které dosud nejsou? Vyznávám Ti, můj Bože, že nevím. Víím ovšem, že často uvažujeme o svých budoucích činech a že tato úvaha jest přítomná, věc však vzatá v úvahu dosud není, protože jest budoucí. Dáme-li se však do díla a začneme-li s tím, o čem jsme uvažovali, pak nastane ten čin, poněvadž není již budoucí, nýbrž přítomný.

Ať jest tomu jakkoli s tím tajemným pocitem budoucna, jest jisto, že nelze viděti toho,

quod autem iam est, non futurum sed praesens est. cum ergo videri dicuntur futura, non ipsa, quae nondum sunt, id est quae futura sunt, sed eorum causae vel signa forsitan videntur, quae iam sunt: ideo non futura, sed praesentia sunt iam videntibus, ex quibus futura praedicantur animo concepta. quae rursus conceptiones iam sunt, et eas praesentes apud se intuentur qui illa praedicunt.

co není. Co však jest, již není budoucí, nýbrž přítomné. Říká-li se tedy, že lze viděti budoucí věci, nemůže se přece viděti, co dosud není, co teprve nastane, nýbrž snad jen jejich příčiny a znamení, které již skutečně jsou; proto pozorovateli nejsou budoucí, nýbrž přítomné. Dle nich si v duchu představuje budoucí věci a je předpovídá. A i tyto představy jsou v duši těch, kteří předpovídají budoucnost jako přítomné.

## CAPUT 19

Tu itaque, regnator creaturae tuae, quis est modus, quo doces animas ea quae futura sunt? docuisti enim prophetas tuos. quisnam ille modus est, quo doces futura, cui futurum quicquam non est? vel potius de futuris doces praesentia? nam quod non est, nec doceri utique potest. nimis longe est modus iste ab acie mea; invaluit: ex me non potero ad illum; potero autem ex te, cum dederis tu, dulce lumen occulorum oculorum meorum.

## CAPUT 20

Quod autem nunc liquet et claret, nec futura sunt nec praeterita, nec proprie dicitur: tempora sunt tria, praeteritum, praesens et futurum, sed fortasse proprie diceretur: tempora sunt tria, praesens de praeteritis, praesens de praesentibus, praesens de futuris. sunt enim haec in anima tria quaedam, et alibi ea non video

## HLAVA XIX.

### JAK LZE POZNATI BUDOUCNOST.

Rci mně však, o Králi svého tvorstva, jakým způsobem poučuješ duše o budoucích věcech? Dal jsi je totiž poznati svým prorokům. Jakým způsobem poučuješ o budoucnosti Ty, jemuž nic není budoucím? Či spíše, jak poučuješ o přítomnosti z věcí budoucích? Nelze se totiž naučiti tomu, co není. Tento způsob Tvého poučování jest příliš nedostupný mému chápání; převyšuje mé schopnosti, takže se nemohu k němu povznést. Pomocí Tvé milosti však jej pochopím, když mně ji dáš Ty, sladké Světlo mých duševních očí!

## HLAVA XX.

### JAK NAZVATI RŮZNOST ČASU.

Nyní jest úplně jasno, že není ani minulý ani budoucí čas. Také nelze správně tvrditi, že jsou tři časy, totiž minulý, přítomný a budoucí. Správněji snad by se mělo říci: Jsou tři časy, totiž přítomný čas s hledem k minulosti, přítomný čas s hledem k přítomnosti a přítomný čas s hledem k budoucnosti. Tyto tři věci vidím ve své duši; jinde jich nevidím.

praesens de praeteritis memoria, praesens de praesentibus contuitus, praesens de futuris expectatio. si haec permittimur dicere, tria tempora video fateorque, tria sunt. dicatur etiam: tempora sunt tria, praeteritum, praesens, et futurum, sicut abutitur consuetudo; dicatur. ecce non curo nec resisto nec reprehendo, dum tamen intellegatur quod dicitur, neque id, quod futurum est, esse iam, neque id, quod praeteritum est. pauca sunt enim, quae proprie loquimur, plura non proprie, sed agnoscitur quid velimus.

## CAPUT 21

Dixi ergo paulo ante, quod praetereuntia tempora metimur, ut possimus dicere duplum esse hoc temporis ad illud simplum, aut tantum hoc quantum illud, et si quid aliud de partibus temporum possumus renuntiare metiendo. quocirca, ut dicebam, praetereuntia metimur tempora; et si quis mihi dicat: unde scis? respondebam: scio, quia metimur, nec metiri quae non sunt possumus, et non sunt praeterita vel futura. praesens vero tempus quomodo metimur, quando non habet spatium?

Přítomnou s hledem k minulosti jest paměť, přítomným s hledem ke přítomnosti jest nazírání, přítomným s hledem k budoucnosti jest očekávání. Možno-li tak mluvit, i já osvědčuji a uznávám, že jsou tři časy. Souhlasím také, že možno říci dle vžitého zlozvyku: „Jsou tři časy, totiž minulý, přítomný a budoucí.“ Ať se tak říká; nestarám se o to, neodporuji, ani nehaním; jen když se rozumí tomu, co se praví, že totiž, co jest budoucí, ještě není, co minulo, také není. Neboť málo slov užíváme v pravém smyslu; většinu v nepravém. Víme však dobře, co chceme říci.

## HLAVA XXI.

### JAK MOŽNO MĚŘITI ČAS.

Rekl jsem nedávno: Měříme míjející čas, abychom mohli říci: „Toto období jest dvakrát tak dlouhé, nebo stejně dlouhé jako ono,“ nebo jak jinak jsme uvykli mluvit o časových obdobích. Dle toho, jak jsem řekl, měříme čas plynoucí. A namítne-li mně někdo: „Odkud to víš?“ odpovím: „Vím to, poněvadž měříme; co není, nemůže býti měřeno. Minulý a budoucí čas však není. Ale jak měříme přítomný čas, když nemá trvání? Měříme jej,

metitur ergo, cum praeterit, cum autem praeterierit, non metitur; quid enim metiatur, non erit.

sed unde et qua et quo praeterit cum metitur? unde nisi ex futuro? qua nisi per praesens? quo nisi in praeteritum? ex illo ergo, quod nondum est, per illud, quod spatio caret, in illud, quod iam non est. quid autem metimur nisi tempus in aliquo spatio? neque enim dicimus simpla et dupla et tripla et aequalia et si quid hoc modo in tempore dicimus nisi spatia temporum. in quo ergo spatio metimur tempus praeteriens? utrum in futuro, unde praeterit? sed quod nondum est, non metimur. an in praesenti, qua praeterit? sed nullum spatium non metimur. an in praeterito, quo praeterit? sed quod iam non est, non metimur.

když plyne. Jakmile uplynul, již ho neměříme, poněvadž není, co by mohlo býti měřeno.

Ale odkud přichází, kudy jde a kam směřuje čas, když jej měříme? Odkud, ne-li z budoucnosti? Kudy, ne-li přítomností? Kam, ne-li do minulosti? Přichází tedy z toho, co ještě není, jde tím, co nemá trvání, směřuje k tomu, co již není. Co však vlastně měříme, ne-li čas v nějakém trvání? Říkáme-li tedy o čase, že jest stejně dlouhý, nebo dvakrát, třikrát delší než jiný čas, neb cokoli podobného, říkáme to přece jen o trvání času. Ve kterém časovém trvání tedy měříme plynoucí čas? Zda v budoucím, odkud přichází? Co však ještě není, nemůžeme měřiti. Zda v přítomném, kudy právě plyne? Co však nemá žádného trvání, neměříme. Zda v minulém, kam směřuje? Neměříme však toho, co již není.

## CAPUT 23

Audivi a quodam homine docto, quod solis et lunae ac siderum motus ipsa sint tempora, et non adnui. cur enim non potius omnium corporum motus sint tempora? An vero, si cessarent caeli lumina et moveretur rota figuli, non esset tempus, quo metiremur eos gyros, et diceremus aut aequalibus morulis agi, aut si alias tardius, alias velocius moveretur, alios magis diuturnos esse, alios minus? aut cum haec diceremus, non et nos in tempore loqueremur, aut essent in verbis nostris aliae longae syllabae, aliae breves, nisi quia illae longiore tempore soniussent, istae breviores? deus, dona hominibus videre in parvo communes notitias rerum parvarum atque magnarum.

sunt sidera et luminaria caeli in signis et in temporibus et in diebus et in annis. sunt vero; sed nec ego dixerim circuitum illius ligneolae rotae diem esse, nec tamen ideo tempus non esse ille dixerit.

Ego scire cupio vim naturamque temporis, quo metimur corporum motus, et dicimus illum motum verbi gratia tempore duplo esse diuturniorem quam istum. nam quaero,

## HLAVA XXIII.

### PODSTATA ČASU.

Slyšel jsem od jakéhosi učence, že čas není nic jiného, než pohyb slunce, měsíce a hvězd. Naprosto jsem s ním nesouhlasil. Proč by spíše neměl býti časem pohyb všech těles? Či snad, kdyby shasla nebeská světla, a točilo se jen kolo hrnčířovo, nebyl by již čas, jímž bychom měřili otáčení kola a mohli říci, že se otočí za stejnou chvíli, nebo — kdyby se kolo točilo hned pomaleji, hned rychleji — že některé otočení jest delší, jiné kratší? Anebo mluvíce toto, nemluvili bychom také my v čase? Nebo nebyly by některé slabiky našich slov dlouhé, některé krátké, poněvadž znějí delší nebo kratší dobu? O Bože, na tomto malém příkladě dej poznati lidem všeobecné pojmy velikých i malých věcí!

Ano také hvězdy a nebeská tělesa jsou měřítkem časů, let a dní (GEN. I, 14). Ano, jsou opravdu! Nemohu-li však otočení toho dřevěného kola nazvati dnem, nemůže onen učec tvrditi, že proto není čas.

Já toužím poznati význam a povahu času, jímž měříme pohyb času a říkáme na př.: První pohyb trval dvakrát déle než druhý. Proto se táži, poněvadž dnem nerozumíme jen onu do-

quoniam dies dicitur non tantum mora solis super terram, secundum quod aliud est dies, aliud nox, sed etiam totius eius circuitus ab oriente usque orientem, secundum quod dicimus: tot dies transierunt – cum suis enim noctibus dicuntur tot dies, nec extra reputantur spatia noctium – quoniam ergo dies expletur motu solis atque circuitu ab oriente usque ad orientem, quaero, utrum motus ipse sit dies, an mora ipsa, quanta peragitur, an utrumque. si enim primum dies esset, dies ergo esset, etiamsi tanto spatio temporis sol cursum illum peregisset, quantum est horae unius. si secundum, non ergo esset dies, si ab ortu solis usque in ortum alterum tam brevis mora esset, quam est horae unius, sed viciens et quater circuiret sol, ut expleret diem. si utrumque, nec ille appellaretur dies, si horae spatio sol totum suum gyrum circumiret, nec ille, se sole cessante tantum temporis praeteriret, quanto peragere sol totum ambitum de mane in mane adsolet.

non itaque nunc quaeram, quid sit illud, quod vocatur dies, sed quid sit tempus, quo metientes solis circuitum diceremus eum dimidio spatio temporis peractum minus quam solet, si tanto spatio temporis peractus esset, quanto peraguntur horae duodecim, et utrumque tempus comparantes diceremus

bu, kdy slunce stojí nad zemí a dle níž rozeznáváme den od noci, nýbrž celou dobu od východu do východu, takže říkáme: „Uplynulo tolik dní,“ takže při tom počítáme noci ke dním a ne zvláště a den jest vyplněn pohybem a oběhem slunce od východu do východu; táži se opětně: Jest sám pohyb dnem, nebo jest dnem doba, v níž se pohyb vykoná, nebo obojí současně? Kdyby sám pohyb byl dnem, pak by dnem byla i jedna pouhá hodina, v níž by slunce vykonalo svůj běh. Kdyby byla dnem doba, v níž se pohyb vykoná – předpokládáme-li ovšem, že od jednoho východu do druhého by neuplynulo více než jedna hodina – musilo by slunce vykonati svůj běh dvacetčtyřikráte, aby se dokončil den. Kdyby konečně dnem byl zároveň pohyb i doba, pak by se nemohl nazvati dnem pohyb slunce, kdyby ho nevykonalo za jednu hodinu, ani doba, kdyby slunce stálo a tolik času uplynulo, jako když slunce vykonává pravidelně svůj běh.

Proto nyní nechci dále zkoumati, co jest den, nýbrž co jest čas, jímž měříme oběh slunce, abychom mohli říci: „Tento oběh slunce byl vykonán o polovinu času dříve než obyčejně,“ předpokládajíce ovšem, že se obyčejně vykonává za dvanáct hodin. Porovnávajíce pak obojí čas navzájem, řekli bychom: „Dru-

illud simplum, hoc duplum, etiamsi aliquando illo simplo, aliquando isto duplo sol ab oriente usque orientem corcuiret. nemo ergo mihi dicat caelestium corporum motus esse tempora, quia et cuiusdam voto cum sol stetisset, ut victoriosum proelium perageret, sol stabat, sed tempus ibat: per suum quippe spatium temporis, quod ei sufficeret, illa pugna gesta atque finita est. video igitur quandam esse distentionem. sed video? an videre mihi videor? tu demonstrabis, lux, veritas.

## CAPUT 24

Iubes ut adprobem, si quis dicat tempus esse motum corporis? non iubes. nam corpus nullum nisi in tempore moveri audio: tu dicis. ipsum autem corporis motum tempus esse non audio: non tu dicis. cum enim movetur corpus, tempore metior, quamdiu moveatur, ex quo moveri incipit, donec desinat. et si non vidi, ex quo coepit, et perseverat moveri, ut non videam, cum desinit, non valeo metiri, nisi forte ex quo videre incipio, donec desinam.

hý čas jest dvakrát delší prvního,“ i kdyby slunce vykonalo svůj běh někdy v jednoduchém, někdy ve dvojnásobném čase. Ať mně tedy nikdo netvrdí, že pohyb těles nebeských jest čas, poněvadž i když jednou na prosbu kohosi se zastavilo slunce, aby dokončil vítěznou bitvu, stálo sice slunce, ale čas plynul dále a ta bitva byla vedena a dokončena v tak dlouhém čase, jak bylo třeba. Z toho všeho soudím, že čas jest nějaká rozsáhlost. Vidím však to vskutku, nebo se mně to jen zdá? Ty, Světlo a Pravdo, mně to objasníš!

## HLAVA XXIV.

### ČAS JEST MĚŘÍTKEM POHYBU.

Tvrdí-li někdo, že čas jest pohyb těles, nafizuješ, abych mu přisvědčil? Naprosto ne. Slyším totiž a Ty to pravíš, že každé těleso se pohybuje jen v čase; neslyším však a Ty toho nepravíš, že čas jest pohyb těles. Neboť když se pohybuje těleso, kterak poznám, jak dlouho se pohybuje, neměřím-li časem začátek a konec pohybu? Jestli jsem neviděl začátek pohybu a jeho konec, nemohu měřiti pohyb, ač se těleso pohybuje, vyjímaje, že bych viděl pohyb od začátku až do konce. A když pozoruji

quod si diu video, tantummodo longum tempus esse renuntio, non autem, quantum sit, quia et quantum cum dicimus, conlatione dicimus, velut: tantum hoc, quantum illud aut: duplum hoc ad illud et si quid aliud isto modo. si autem notare potuerimus locorum spatia, unde et quo veniat corpus, quod movetur, vel partes eius, si tamquam in torno movetur, possumus dicere, quantum sit temporis, ex quo ab illo loco usque ad illum locum motus corporis vel partis eius effectus est.

cum itaque aliud sit motus corporis, aliud, quo metimur quamdiu sit, quis non sentiat, quid horum potius tempus dicendum sit? nam si et varie corpus aliquando movetur, aliquando stat, non solum motum eius, sed etiam statum tempore metimur et dicimus: tantum stetit, quantum motum est aut: duplo vel triplo stetit ad id quod motum est et si quid aliud nostra dimensio sive comprehenderit sive existimaverit, ut dici solet plus minus. non ergo tempus corporis motus.

pohyb dlouho, mohu mluvití jedině o dlouhém čase, ale ne jak jest dlouhý. Říkáme-li totiž, jak jest dlouhý, můžeme to říci jen pomocí přirovnání, na př.: Tento pohyb trvá právě tak dlouho jako onen, jest dvakrát delší atd. Můžeme-li však při kruhovitém pohybu pozorovati východisko, odkud těleso vychází, a cíl, k němuž směřuje, nebo části prostoru, v němž se pohybuje, můžeme označiti čas, kterého potřebovalo těleso nebo některá jeho část od jednoho bodu ke druhému.

Poněvadž tedy pohyb tělesa jest něco jiného než měřítko trvání pohybu, kdo neví, kterému spíše přísluší jméno čas? Ačkoliv těleso se někdy pohybuje, jindy stojí, měříme přece nejen jeho pohyb, nýbrž i jeho klid časem, říkájíce: „Těleso bylo v klidu tak dlouho jako v pohybu, nebo dvakrát, třikrát déle“; celkem řečeno více nebo méně, dle toho, soudíme-li přesně nebo přibližně. Čas tedy není pohybem těles.

## CAPUT 26

Nonne tibi confitetur anima mea confessione veridica metiri me tempora? ita, domine deus meus, metior et quid metiar nescio. metior motum corporis tempore. item ipsum tempus nonne metior? an vero corporis motum metirer, quamdiu sit et quamdiu hinc illuc perveniat, nisi tempus, in quo movetur, metirer? ipsum ergo tempus unde metior? an tempore brevior metimur longius, sicut spatium cubiti spatium transtri? sic enim videmus spatium brevis syllabae metiri spatium longae syllabae atque id duplum dicere. ita metimur spatia carminum spatiis versuum, et spatia versuum

## HLAVA XXVI.

### ČAS NENÍ MĚŘÍTKEM ČASU.

Nevyznává Ti snad upřímně má duše, že měřím čas? Či snad, můj Bože, měřím, nevěda, co měřím? Měřím pohyb tělesa v čase, času samého neměřu? Anebo mohl bych měřiti pohyb tělesa, jak dlouho potřebuje, než z jednoho místa dospěje na druhé, kdybych nemohl měřiti čas, v němž se pohyb děje? Čím tedy měřím čas? Měříme snad delší čas kratším časem asi tak, jako měříme loktem kládu? Měříme zajisté dlouhou slabiku slabikou krátkou, říkájce, že jest dvakrát tak dlouhá. Tak měříme délku básní délkou veršů, délku veršů

spatiis pedum, et spatia pedum spatiis syllabarum, et spatia longarum spatiis brevium: non in paginis – nam eo modo loca metimur, non tempora – sed cum voces pronuntiando transeunt, et dicimus: longum carmen est, nam tot versibus contexitur; longi versus, nam tot pedibus constant; longi pedes, nam tot syllabis tenduntur; longa syllaba est, nam dupla est ad brevem.

sed neque ita comprehenditur certa mensura temporis, quandoquidem fieri potest, ut ampliore spatio temporis personet versus brevior, si productius pronuntietur, quam longior, si correptius. ita carmen, ita pes, ita syllaba. inde mihi visum est nihil esse aliud tempus quam distentionem: sed cuius rei, nescio, et mirum, si non ipsius animi. quid enim metior, obsecro, deus meus, et dico aut indefinite: longius est hoc tempus quam illud aut etiam definite: duplum est hoc ad illud? tempus metior, scio; sed non metior futurum, quia nondum est, non metior praesens, quia nullo spatio tenditur, non metior praeteritum, quia iam non est. quid ergo metior? an praetereuntia tempora, non praeterita? sic enim dixeram.

délkou stop, délku stop délkou slabik, délku slabik dlouhých, délkou slabik krátkých; ne však jako na papíře – tak měříme místní vzdálenost a ne čas – nýbrž dle času potřebného k jejich vyslovení a dle toho říkáme: „Tato báseň jest dlouhá, neb má tolik a tolik veršů; verše jsou dlouhé, neb mají tolik stop, stopy jsou dlouhé, neb mají tolik slabik; slabika jest dlouhá, neb trvá dvakrát déle než krátká.“

Avšak ani to neudává správného měřítka času; může se totiž státi, že kratší verš, přednesený pomalu, déle trvá, než delší verš přednesený rychleji. Právě tak jest tomu při básni, stopě, slabice. Proto se mně zdálo, že čas není ničím jiným, než jakýmsi trváním, nevím však opravdu čeho? Bylo by opravdu divné, kdyby ne samého ducha. Neboť, co vlastně měřím, prosím Tě, můj Bože, když neurčitě pravím: „Tento čas jest delší než onen“ nebo určitě: „Tento čas jest dvakrát delší než onen?“ Vím, že měřím čas, neměřím však budoucího času, neboť ještě není. Neměřím ani přítomného času, neboť nemá trvání. Neměřím ani minulého času, neboť již není. Co tedy vlastně měřím? Již jsem to řekl: „Čas plynoucí, nikoliv čas minulý.“

## CAPUT 27

Insiste, anime meus, et adtende fortiter: deus adiutor noster; ipse fecit nos, et non nos. adtende, ubi albescet veritas. ecce puta vox corporis incipit sonare et sonat et ecce desinit, iamque silentium est, et vox illa praeterita est et non est iam vox. futura erat, antequam sonaret, et non poterat metiri, quia nondum erat, et nunc non potest, quia tunc erat, quae metiri posset. sed et tunc non stabat; ibat enim et praeteriebat. an ideo magis poterat? praeteriens enim tendebatur in aliquod spatium temporis, quo metiri posset, quoniam praesens nullum habet spatium. si ergo tunc poterat, ecce puta altera coepit sonare et adhuc sonat continuato tenore sine ulla distinctione: metiamur eam, dum sonat; cum enim sonare cessaverit, iam praeterita erit et non erit, quae possit metiri.

metiamur plane et dicamus, quanta sit. sed adhuc sonat, nec metiri potest nisi ab initio sui, quo sonare coepit, usque ad finem, quo desinit. ipsum quippe intervallum metimur ab aliquo initio usque ad aliquem finem.

## HLAVA XXVII.

### JAK MĚŘÍME ČAS.

Setrvej dále, můj duchu, a zdvojnásob svou pozornost! Bůh jest náš pomocník, on učinil nás a ne my sami (ŽALM 99, 3)! Pozoruj, kde vychází světlo pravdy! Mysli si třeba zvuk některého tělesného hlasu: začíná, zní stále a stále, ustal; nastalo ticho, hlas dozněl a již ho není. Než hlas zazněl, byl budoucí a nemohl se měřiti, poněvadž ještě nebyl, ani nyní nemůže se měřiti, poněvadž již není. Mohl se měřiti, když zněl, poněvadž tehdy bylo něco, co se dalo změřiti. Ale ani tehdy nebyl něčím stálým, poněvadž plynul a uplynul. Či snad právě proto se mohl změřiti? A skutečně čas, ubíhaje, směřoval k nějakému prostoru času, v němž mohl býti změřen, kdežto přítomný čas nemá takového prostoru. Jestli tehdy mohl býti změřen, nuže pomysli si, že jiný hlas začal zníti a zní ustavičně bez přestávky. Změřme jej tedy, pokud zní; neboť až dozní, bude minulý a nedá se změřiti.

Měřme jej tedy a počítejme jeho trvání! Ale hlas dosud zní a nemůže býti změřen leč od počátku, kdy zníti začal, až do konce, kdy zníti přestal, neboť mezidobí nedá se změřiti leda od začátku do konce. Proto nedá se změřiti

quapropter vox, quae numquam finita est, metiri non potest, ut dicatur, quam longa vel brevis sit, nec dici aut aequalis alicui, aut ad aliquam simpla vel dupla, vel quid aliud. cum autem finita fuerit, iam non erit. quo pacto igitur metiri poterit? et metimur tamen tempora, nec ea, quae nondum sunt, nec ea, quae iam non sunt, nec ea, quae nulla mora extenduntur, nec ea, quae terminos non habent. nec futura ergo nec praeterita nec praesentia nec praetereuntia tempora metimur, et metimur tamen tempora.

Deus creator omnium: versus iste octo syllabarum brevibus et longis alternat syllabis: quattuor itaque breves, prima, tertia, quinta, septima, simplae sunt ad quattuor longas, secundam, quartam, sextam, octavam. hae singulae ad illas singulas duplum habent temporis; pronuntio et renuntio, et ita est, quantum sentitur sensu manifesto. quantum sensus manifestus est, brevi syllaba longam metior eamque sentio habere bis tantum. sed cum altera post alteram sonat, si prior brevis, longa posterior, quomodo tenebo brevem, et quomodo eam longae metiens applicabo, ut inveniam, quod bis tantum habeat, quandoquidem longa sonare non incipit, nisi brevis sonare destiterit? ipsamque longam num praesentem metior, quando nisi finitam non metior? eius enim finitio praeteritio est. quid ergo est, quod metior? ubi est qua metior brevis? ubi est longa, quam metior?

hlas, který ještě nedozněl, aby se mohlo říci: „Jest dlouhý, jest krátký, stejně dlouhý, o polovinu kratší, dvakrát delší“ atd. Jakmile však dozní, již nebude. Jak jej tedy možno změřiti? A přece měříme čas, ovšem ne ten, který ještě není, ani ten, který již není, ani ten, který nemá trvání, ani ten, který nemá konce. Neměříme tedy ani budoucí, ani minulý, ani přítomný, ani plynoucí čas a přece měříme čas!

„Bože, Tvůrce všehomíra!“ Toť verš složený z osmi slabik, jež jsou střídavě krátké a dlouhé. Čtyři jsou krátké: druhá, čtvrtá, šestá, osmá a proto o polovinu kratší než čtyři dlouhé: první, třetí, pátá, sedmá. Čtyři poslední jsou dvakrát delší než čtyři první; pozoruji to při vyslovení a sluch mne o tom poučuje. Dle mého vycvičeného sluchu měřím dlouhou slabiku slabikou krátkou a říkám: „Dlouhá slabika jest dvakrát delší než krátká.“ Poněvadž ale slabiky znějí za sebou, jak zadržím krátkou slabiku, abych ji učinil měřítkem slabiky dlouhé a se přesvědčil, že dlouhá jest dvakrát delší než krátká, když dlouhá nezačne zníti, dokud zníti nepřestala krátká? A e ani dlouhou neměřím, dokud jest přítomna, nýbrž měřím ji, když dozněla. Jakmile však dozněla, zanikla. Co tedy vlastně měřím? Kde jest krátká slabika, již mám měřiti? Kde jest dlouhá slabika, kterou

Ambae sonuerunt, avolaverunt, praeterierunt, iam non sunt: et ego metior, fidenterque respondeo, quantum exercitato sensu fiditur, illam simplam esse, illam duplam, in spatio scilicet temporis. neque hoc possum, nisi quia praeterierunt et finitae sunt. non ergo ipsas, quae iam non sunt, sed aliquid in memoria mea metior, quod infixum manet.

In te, anime meus, tempora mea metior. noli mihi obstrepere; quod est, noli tibi obstrepere turbis affectionum tuarum. in te, inquam, tempora metior. affectionem, quam res praetereuntes in te faciunt, et cum illae praeterierint, manet, ipsam metior praesentem, non ea quae praeterierunt, ut fieret; ipsam metior, cum tempora metior. ergo aut ipsa sunt tempora, aut non tempora metior.

quid cum metimur silentia, et dicimus illud silentium tantum tenuisse temporis, quantum illa vox tenuit, nonne cogitationem tendimus ad mensuram vocis, quasi sonaret, ut aliquid de intervallis silentiorum in spatio temporis renuntiare possimus? nam et voce atque ore cessante, peragimus cogitando carmina et versus, et quemque sermonem motionumque dimensiones quaslibet, et de spatiis temporum, quantum illud ad illud sit, renuntiamus non aliter, ac si ea sonando diceremus. si voluerit aliquis edere longiusculam vocem, et constituerit praemeditando, quam longa futura sit, egit utique iste spatium temporis in silentio,

mám měřiti? Obě dozněly, uplynuly, zanikly, není jich více. A přece je měřím a dle svědectví dobře vycvičeného sluchu důrazně tvrdím, že jedna trvá dvakrát tak dlouho jako druhá. Vřak ani toho nemohu říci, pokud slabiky nedoznely a nezanikly. Proto neměřím vlastně samé slabiky, které již nejsou, nýbrž něco, co utkvělo v mé paměti.

Ano, v tobě, duchu můj, měřím čas! Nechci, abys mne mátl otázkou: „Jak jest to možno?“ Nemať sám sebe, přisvědčuje svým předsudkům! Opakuji: V tobě měřím čas; měřím totiž ten dojem, který na tebe činí věci a který trvá, i když ony minuly. A tento přítomný dojem měřím, ne ty věci, které jej způsobily. Měřím-li čas, měřím tento dojem. Buď tedy tento dojem jest sám čas, nebo času vůbec neměřím.

Co však říci, když i mlčení měříme a říkáme: „To mlčení trvalo tak dlouho, jako onen hlas?“ Zda neobracíme svých myšlenek k délce hlasu, jakoby dosud zazníval, a neužíváme-li té délky jako měřítka mlčení? Neboť i bez hlasu a jazyka opakujeme si pouze v myšlenkách básně, verše a jakoukoliv řeč a jakéhokoliv trvání. Rovněž udáváme poměr různých časových období, jako bychom je hlasitě vyslovili. Chce-li někdo pronést delší řeč a v duchu již určil její délku, ten jistě již změřil v mlčení její trvání

memoriaeque commendans coepit edere illam vocem, quae sonat, donec ad propositum terminum perducatur: immo sonuit et sonabit; nam quod eius iam peractum est, utique sonuit, quod autem restat, sonabit, atque ita peragitur, dum praesens intentio futurum in praeteritum traicit, deminutione futuri crescente praeterito, donec consumptione futuri sit totum praeteritum.

## CAPUT 28

Sed quomodo minuitur aut consumitur futurum, quod nondum est, aut quomodo crescit praeteritum, quod iam non est, nisi quia in animo, qui illud agit, tria sunt? nam et expectat per id quod adtendit transeat in id quod meminerit. quis igitur negat futura nondum esse? sed tamen iam est in animo expectatio futurorum. et quis negat praeterita iam non esse? sed tamen est adhuc in animo memoria praeteritorum. et quis negat praesens tempus carere spatio, quia in puncto praeterit? sed tamen perdurat attentio, per quam

a vstípiv ji ve svou paměť, začne vydávati hlas, který zní až dospěje k napřed již určenému bodu. Nebo řeknu ještě lépe: „Hlas zní — ale také zněl a bude zníti.“ Co totiž z řeči bylo proneseno, to ovšem doznělo; co zbývá, to bude ještě zníti. Tak bude stále pokračováno, dokud úmysl, jenž je přítomný, posílá budoucí do minulosti, takže ubýváním budoucího roste minulé, až vyčerpáním budoucího stane se vše minulým.

## HLAVA XXVIII.

### ČAS MĚŘÍME DUCHEM.

Ale jak ubývá a se ztravuje budoucí, které ještě není? Anebo jak vzrůstá minulé, které již není, než že v duchu, který vše to koná, jest trojí, totiž očekávání, pozorování a vzpomínka? On totiž čeká, pozoruje a vzpomíná si tak, aby očekávané pozorováním přešlo ve vzpomínku. Kdo tedy může popřít, že budoucí ještě není? A přece v duchu jest již očekávání budoucího! A kdo může popřít, že minulé již není? A přece v duchu jest ještě upomínka minulého! A kdo může popřít, že přítomný čas nemá trvání, poněvadž pomíjí v okamžiku? A přece trvá pozorování, skrze něž pře-

pergat abesse quod aderit. non igitur longum tempus futurum, quod non est, sed longum futurum longa expectatio futuri est, neque longum praeteritum tempus, quod non est, sed longum praeteritum longa memoria praeteriti est.

Dicturus sum canticum, quod novi: antequam incipiam, in totum expectatio mea tenditur, cum autem coepero, quantum ex illa in praeteritum decerpsero, tenditur et memoria mea, atque distenditur vita huius actionis meae, in memoriam propter quod dixi, et in expectationem propter quod dicturus sum: praesens tamen adest attentio mea, per quam traicitur quod erat futurum, ut fiat praeteritum. quod quanto magis agitur et agitur, tanto breviata expectatione prolongatur memoria, donec tota expectatio consumatur, quum tota illa actio finita transierit in memoriam. et quod in toto cantico, hoc in singulis particulis eius, fit atque in singulis syllabis eius, hoc in actione longiore, cuius forte particula est illud canticum, hoc in tota vita hominis, cuius partes sunt omnes actiones hominis, hoc in toto saeculo filiorum hominum, cuius partes sunt omnes vitae hominum.

cháží v minulost budoucí! Není tedy dlouhým čas budoucí, který ještě není, nýbrž dlouhý budoucí čas jest dlouhé očekávání budoucího. Aniž dlouhý jest minulý čas, který již není, nýbrž dlouhý minulý čas jest dlouhá upomínka minulého.

Chci zazpívati známou píseň. Než začnu, vztahuje se mé očekávání na celou píseň. Jakmile jsem začal, tolik utkvívá v mé paměti, kolik jsem zpěvem takofka poslal v minulost, a celá má činnost může býti nazvána vzpomínkou s hledem k tomu, co jsem zazpíval, a očekáváním s hledem k tomu, co mám zazpívati. Mé pozorování však dosud trvá, pomocí kterého stává se minulým, co bylo budoucí. Čím více se to děje, tím více ubývá očekávání a přibývá paměti, až celé očekávání se ztráví, poněvadž celý skončený děj přejde v paměť. A co se praví o celé písni, to lze říci o jednotlivých jejích částech a slabikách; totéž i při ději delším, jehož částí byla třeba ta píseň. To lze říci i o celém životě lidském, jehož částí tvoří veškeré skutky člověka. To konečně o věku celého lidstva, jehož částmi jsou všechny životy jednotlivců.

## CAPUT 31

Domine deus meus, quis ille sinus est alti secreti tui et quam longe inde me proiecerunt consequentia delictorum meorum? sana oculos meos, et congaudeam luci tuae. certe si est tam grandi scientia et praescientia pollens animus, cui cuncta praeterita et futura ita nota sint, sicut mihi unum canticum notissimum, nimium mirabilis est animus iste atque ad horrorem stupendus, quippe quem ita non lateat quidquid peractum et quidquid relicum saeculorum est, quemadmodum me non latet cantantem illud canticum, quid et quantum eius abierit ab exordio, quid et quantum restet ad finem. sed absit, ut tu, conditor universitatis, conditor animarum et corporum, absit, ut ita noveris omnia futura et praeterita. longe tu, longe mirabilius longeque secretius. neque enim sicut nota cantantis notumve canticum audientis expectatione vocum futurarum et memoria praeteritarum variatur affectus sensusque distenditur, ita tibi aliquid accidit inconmutabiliter aeterno, hoc est vere aeterno creatori mentium.

## HLAVA XXXI.

BŮH POZNÁVÁ JINAK NEŽ ČLOVĚK.

Pane Bože můj! Jak bezedná jest propast Tvých tajemství! Jak daleko mne od nich odvedly následky mých hříchů! Uzdrav mé oči, aby se zaradovaly ze světla Tvého! Opravdu, je-li nějaký duch, vynikající tak velikou vědomostí, že mu všechno minulé i budoucí tak známo jest, jako mně jest znám na př. některý žalm, pak jest ten duch obdivuhodný a hrozný. Jeho totiž není tajno, co již uplynulo, ani co se stane v budoucích stoletích, jako mne zpívajícího ten žalm není tajno, kolik již odzpíváno a kolik zbývá do konce. Leč daleko buď ode mne, abych se domníval, že Ty, Stvořiteli všehomíra, Stvořiteli duší a těl, tak poznáváš vše budoucí a minulé! Tvoje poznání jest mnohem podivuhodnější, mnohem tajemnější. Žalm totiž, který zpívám nebo slyším zpívati, různě mne dojíhá a můj duch jest jakoby rozdělen mezi očekáváním slov, která teprve přijdou, a mezi vzpomínkou slov již zazpívaných; nic takového však se neděje ve Tvé nezměnitelné věčnosti, a to proto, že jsi věčný Stvořitel myslí!